

partem inopertā relinquunt, ita & euangelij doctores  
partim euangelium operire, partimq; aperire debent,  
ita uidelicet ut fidelis & deuotus sufficientem habeat  
doctrinam, et infidelis & contēptor non inueniat blas-  
phemandī materiam. Admonet etiā et nos hoc genus  
calciāmētī, ut carni nostrę & corpori in necessitatibus  
consulamur, nō in libidinis lasciuīā defluāus, de qbus  
utriscq; nos diuina lex instruit. Scriptū est enim, Carnē  
tuam ne despexeris, et item, Carnis curam ne feceritis  
in concupiscentijs.

#### DE PALLIO.

Ca. XXIII.

Vper hęc autem omnia summo pontifici (quī  
archiepiscopus uocatur) propter apostolicam  
uicem pallij honor decernitur, quod genus in-  
dumentī crucis signaculū purpureo colore exprimit,  
ut ipso indutus pontifex a tergo & pectore crucem ha-  
beat, suaq; mente pie & digne de passione redēptoris  
cogitet, ac populo pro quo dominū deprecatur, redē-  
ptionis suę signaculum demonstret. Condecet quoq;  
bene, ut ipsa apostolica dignitas apostolicū uirū faciat,  
vt plena deuotione, sano sermone, & digna operatiōe  
possit dicere cum apostolo, Mihi autē absit gloriari, nisi  
in cruce dñi nostri Hiesu christi, per quē mihi mūdus  
crucifixus est, & ego mundo. Hęc queq; de habitu sa-  
cerdotali ad sensū scđm modulū ingeniolī nrī breuiter  
diximus, nō pręiudicantes his, qui congruentius & di-  
gnius de eadē re possit scribere, & plenius disputare.

#### DE SACRAMENTIS ECCLESIAE. Ca. XXIII.

E sacramentis autē quę in ecclesia fiūt, oportet  
ut sequens sermo exponat, atq; declarat ritum  
sacerdotalē, Sunt autem sacramenta, Baptismū  
& Chrisma, Corpus et sanguis, quę ob id sacramenta

dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum uirtus  
diuina secretius salutem eorundem sacramentorum  
operatur, unde et a secretis uirtutibus uel sacris, sacra  
menta dicuntur. Quae ideo fructuose penes ecclesiam  
fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus, eundem sacra-  
mentorum latenter operatur effectum. Vnde seu per  
bonos seu per malos ministros intra ecclesiam dei dis-  
pensentur haec dona, nec honorum meritis dispensatorum ampli-  
ficantur haec dona, nec malorum adtenuantur, quia neque  
qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum  
dat deus, unde & graece,  $\mu\upsilon\sigma\theta\epsilon\rho\iota\omicron\nu$ , dicitur, quod secreta  
tam & recondita habeat repositionem,

### DE BAPTISMATIS SACRAMENTO, Ca XXV.

Rimum autem sacramentorum est Baptismum.

quia antequam sancto chrismate ungetur aliquis,  
aut corporis & sanguinis Christi particeps exi-  
stat, sacra regeneratione purgari debet, ac deinde ad  
caetera rite accedere.  $\beta\alpha\pi\tau\iota\sigma\mu\alpha$  Baptismum graece, latine  
tinctio interpretatur, quae non tamen ob hoc quod homo  
in aquam mergitur tinctio dicitur, sed quia spiritu gratiae  
ibi in melius immutatur, et longe aliud quam erat effi-  
citur. Primum homines foedi eramus deformitate pec-  
catorum, in ipsa tinctioe pulchri dealbatione uirtutum  
efficimur. Vnde & in canticis scribitur canticorum, Quae  
est ista quae ascendit quasi dealbata, cuius mysterium  
non aliter nisi sub trinitatis designatione, id est patris &  
filii et spiritus sancti cognitione completur, dicente do-  
mino ad apostolos, Ite docete omnes gentes, baptizan-  
tes eos in nomine patris & filii et spiritus sancti. Sicut  
enim in tribus testibus stat omne uerbum, ita sacramen-  
tum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum.  
Quod autem per aquam baptismum datur, haec ratio est.  
Voluit enim dominus ut res illa inuisibilis per congru-

d